



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Bona Volvntas Optimæ Consentiens. Seu De Sequendo In Omnibus Ductu Providentiæ Diviniæ**

**Foullon, Jean E.**

**Leodii, 1657**

II. Et utilitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54992](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54992)

II. *Et utilitas.* Multa sunt, cur agere ac pati in Dei causa longè consultius & optabilius sit, quàm in hominum quorumcumque, quantumvis potentium, gratiam. Ex præcipuis capitibus unum est, quòd hi plerumque non subditorum commodum intuentur, cùm illis pericula imperant, sed sibi solummodò consulunt. Ita Davidem Saul, Uriam David discriminibus objecere. Deus verò subditis suis in hac vita nihil quidquam imperat, patiendūve offert, quin illorum utilitas gloriæ suæ conjuncta sit: ut quisquis Deo servit, simul serviat sibi: & qui gloriæ divinæ patitur, commodo suo patiatur. Amabili Dei bonitate id factum: qui cùm homines ad obsequia sua citra ullam mercedem, aut spem utilitatis, potuerit obstringere; ita tamen omnia temperare maluit, ut quod Deo honorificum est, simul sit homini salutiferum: quemadmodum Eucherius sapienter ac piè epistolâ ad Valerianum expendit.

III. *Societas Dei & hominis.* Initur frequenter inter mercatores societas negotiationis, cujus